Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Liber Machabeorum I: prologi

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

me dicit dominus exercituum. Ego enim dominus et non
mutor: et vos filii iacob non estis consumpti.
A diebus enim patrum vestrorum recessistis a legi-
timis meis: et non custodistis. Revertimini
ad me et revertar ad vos: dicit dominus exercitu-
um. Et dixistis: In quo revertemur? Si
affiget homo deum: quia vos affigitis me. Et
dixistis: In quo configimus te? In deci-
mis et in primitiis: et in penuria vos ma-
ledicti estis: et me vos configitis gens
tota. Inferte omnem decimam in horre-
um: ut sit cibus in domo mea: et probate
me super hoc dicit dominus: si non aperuero vobis
catharactas celi: et effundero vobis bene-
dictionem usque ad habundantiam. Et incre-
pabo pro vobis devorantem: et non corrumpet
fructum terre vestre: nec erit sterilis vinea
in agro dicit dominus exercituum: et beatos vos dicent
omnes gentes. Eritis enim vos terra desiderabilis:
dicit dominus exercituum. Invaluerunt super me ver-
ba vestra: dicit dominus. Et dixistis: Quid lo-
cuti sumus contra te? Dixistis: Vanus est qui
servit deo. Et quod emolumentum quia custo-
divimus precepta eius: et quia ambulavimus
tristes coram domino exercituum? Ergo nunc
beatos dicimus arrogantes. Siquidem edi-
ficati sunt facientes impietatem: et temptave-
runt deum: et salvi facti sunt. Tunc locuti
sunt timentes deum: unusquisque cum proxi-
mo suo. Et attendit dominus et audivit: et
scriptus est liber monumenti coram eo timen-
tibus dominum: et cogitantibus nomen eius. Et
erunt mihi ait dominus exercituum in die qua
ego facio in peculium: et parcam eis: sic-
ut parcit vir filio suo servienti sibi. Et con-
vertimini et videbitis quid sit inter iustum
et impium: et inter servientem deo et non servientem
ei. Ecce enim dies veniet IIII ac-
censa quasi caminus: et erunt omnes

superbi et omnes facientes iniquitatem stipu-
la: et inflammabit eos dies veniens dicit dominus
exercituum: que non relinquet eis radicem nec ger-
men. Et orietur vobis timentibus nomen
meum sol iustitie: et sanitas in pennis eius.
Egrediemini et salietis sicut vituli de
armento: et calcabitis impios cum fue-
rint cinis sub planta pedum vestrorum in
die qua ego facio: dicit dominus exercituum. Memen-
tote legis moysi servi mei: quam manda-
vi ei in oreb ad omnem israel precepta
et iudicia. Ecce ego mittam vobis helyam
prophetam: antequam veniat dies domini ma-
gnus et horribilis: et convertet corda patrum
ad filios: et corda filiorum ad patres eorum:
ne forte veniam et percutiam terram
anathemate. Explicit Malachias.

Incipit Prologus in libro Machabeorum.

Domino ex-
cellentissimo
et multum ex-
pane religio-
sae strenuissimo
lodovico regi
rabanus vi-
lissimus servorum dei domino dominorum perhenn-
em optat salutem. Cum sim propter-
ea ad parendum atque serviendum vestre
voluntati cottidie cogito quomodo hono-
rificentie vestre gaudium exhibeam: et
mei memoria sedulo apud vos ma-
neat: et devotio mentis mee erga ob-
sequium vestrum appareat. Unde gravis in
quibusdam angustiis in animo versatur cogi-
tandi quid potissimum reverentie vestre
offeram: quia alii vestre id quod sibi decere
et opulentia rerum vires illorum ministrat
multiplicia vobis deferunt munia. Ego
autem ita paupere non efficere posse sentio ...

tn̄ nat[us] a nunc̄ perit ñ ē · q̄ uic̄
paruitatem uiriū meaꝝ ⁊ ingenij te
nuitate ea q̄ in meditatione scāꝝ
scripturaꝝ elaboraui offerre decerno.
Que lꝫ ñ sint ꝯdigna prudentie ure.
tn̄ credo ñ ē ubiq; spernenda. Preterito
siquidē anno tr̄nsmisi uob̄ tractatū
i danielem ꝓpham · q̄ ñ solum ex dc̄is
maioꝝ · q̄n etiam ex mē paruitatis
sensu ꝯfeceram. Nunc uo q̄ tp̄e est
illud · quo romana ecc̄a ꝯstituit lib̄s
machabeoꝝ legi in ecc̄a · eoꝝ dē libꝝ
expositionē q̄m an̄ annos aliq̄t roga
tibꝫ amicis sensu hystorico simul ⁊
allegorico dictaueram · excellentie ure
defero · ut si aliquē sensū mistici i
eis dulco scē uos delectet habeatis ipm
ptū · q̄ ullum explicatū inuenire uale
atis · ñ dico ualde diserte ⁊ oronie re
thorica · sꝫ lucido sermone ⁊ catholica
fide. Vos q̄ siquid in p̄dc̄o ope reperi[ati]s
uob̄ gratum ⁊ rite ꝓbatum ēē gre
si deputetis · a quo est om̄e bonū. Siq̄
aut̄ mīn9 recte ul̄ minus eleganṫ positū
ub̄ ibidē uideatur imperitie mee mag̃
deputetis q̄m malitie · qui q̄m diu i
hoc corpusculo uigero · in ṡ seruitio pro
possibilitas sit labore ꝯtendo · Ipsū
au ē nūc · ut qui m̄ i ai̊o hoc dedit uel
le · ipm̄ me bono ope faciat ꝯfirmare.
De quo ꝓpha ait. Ipse est dn̄s omnibꝫ
inuocantibꝫ eū in ueritate · ⁊ n̄ derelinq̄t
oms qui sperant in se. Diuinitas dn̄i
nr̄i ihu xp̄i · diu uos hic incolumē
et legis dei ueritatem amantes ad
multorum salutem custodiat · et
post huius uite cursum ad ueram
et eternam beatitudinem puenire
ꝯcedat. Itē alius ꝓlogus.

Reuerentissimo ⁊ oī caritati
us offō dignissimo · ge
roldo sacri palacij archi
diacono · rabanus uilis
seruoꝝ dei seruus in xp̄o salutē. Me
mini me in palatio magnū ciuitatis
ꝯstitutū tecum hr̄e sermonē de emi
nentia scāꝝ scripturaꝝ ⁊ difficultate
diuinaꝝ hystoriaꝝ · in quibꝫ ñ solū p
aliq̄nta loca ꝓpt̄ uarietatē reꝝ ⁊ situ
prīmaꝝ obscur9 ē sens9 · q̄n ⁊ ꝓpt̄ ꝓpo
figuraꝝ occultus ē intellectus. Et q̄a
eodem tp̄e ꝯmentarios i libros regis
nup a nob̄ editos · uenerabili abbi hildu
ino tradideram · tu quidē puritate mea
exhortat9 es · q̄tinus ut in libros paꝛꝓ
menō atq; machabeoꝝ ꝯmentarios
iux̄ uestigia maioꝝ pari studio ꝯdem
tem q̄ntum potui · ⁊ ꝓpris libri exposi
tione lodouico regi editam dedi · seq̄n
tis uo tue scītati tradendā ꝯseruaui
ut petitio tua ñ eēt uana · neq; h̄ res
me sigillaud · q̄t rogatū nolle offre.
q̄d aliis gratis ꝯtulerim. Unde q̄ra
ꝯfectum hs · uīe eo sicut decet seruū xp̄i
cū ꝯmunione multoꝝ ⁊ q̄d solus impe
traueras ad plurimoꝝ utilitate puenire
facias. De cetō quoq; uolo scītate tua
scire · q̄d ipm̄ opus ideo partim de diui
na hystoria · prim̄ de ioseph iudeoꝝ
hystorici traditione partim uo de ali
aꝝ gentium hystoriis ꝯtexui · ut q̄a
ñ tm̄ gentis iudee ac principū eius · sꝫ
⁊ aliaꝝ gentiū simul · in ip̄o libro m̄
tio fit ex multoꝝ libroꝝ collatione ·
ueritas sacre hystorie pateat · ⁊ sens9
narrationis lectori lucidior fiat. Tu
uō siquid i memorato ope ē gratum
atq; utile inueneris · largitori omniū

469 v

bonorum inde gratias referas. Siquid autem reprehensibile in eo esse resperceris, me infirmitati et impericie deputes. et apud trementem iudicem veniam impetrare nobis per sacras orationes festines. sicque optimo largitori dignum honorem et fragili opifici oportunum cum fes solatium fruitatem tua divina maiestas prosperis successibus pollentem et eterne beatitudinis gaudia percipientem. omni tempore mei memorem conservare dignetur. Alius Prologus.

Machabeorum duo libri prenotant prelia inter hebreorum duces gentesque persarum pugnam quoque sabbatorum et nobiles machabei ducis triumphos exercitus. ex cuius nomine et libri idem sunt intitulati. Hec quoque hystoria continet etiam inclita illa gesta machabeorum fratrum qui sub anthyocho rege pro sacris legibus dira tormenta perpessi sunt. Quos mater pia dum diris suppliciis urgerentur non solum non flevit. sed et gaudens hortabatur ad gloriam passionis. Incipit liber Machabeorum Primus.

Et factum est postquam percussit alexander philippi macedo qui primus regnavit in grecia egressus de terra cethim darium regem persarum et medorum constituit prelia multa et omnium obtinuit munitiones. Et interfecit reges terre. et pertransiit usque ad fines terre. Et accepit spolia multitudinis gentium. et siluit terra in conspectu eius. Et congregavit virtutem et exercitum fortem nimis. et exaltatum est et elevatum cor eius. Et obtinuit regiones gentium et tyrannos. et facti sunt illi in tributum. Et post hec decidit in lectum. et cognovit quia moreretur. Et vocavit pueros suos nobiles qui secum erant nutriti a iuventute sua. et divisit illis regnum suum cum adhuc viveret. Et regnavit alexander annis xii. et mortuus est. Et obtinuerunt pueri eius regnum unusquisque in loco suo. Et imposuerunt sibi omnes diademata post mortem eius. et filii eorum post eos annis multis. et multiplicata sunt mala in terra. Et exiit ex eis radix peccati anthiochus illustris filius anthyochi regis qui fuerat rome obses. et regnavit in anno cmo. xxx. et vii. regni grecorum. In diebus illis exierunt de israel filii iniqui. et suaserunt multis dicentes. Eamus et disponamus testamentum cum gentibus que circa nos sunt. quia ex quo recessimus ab eis. invenerunt nos multa mala. Et bonus visus est sermo in oculis eorum. Et destinaverunt aliqui de populo. et abierunt ad regem. et dedit illis potestatem ut facerent iustitiam gentium. Et edificaverunt gymnasium in ierusalem secundum leges nationum. et fecerunt sibi preputia. et recesserunt a testamento sancto. Et iuncti sunt nationibus. et venundati sunt ut facerent malum. Et paratum est regnum in conspectu anthyochi. et cepit regnare in terra egypti. ut regnaret super duo regna. Et intravit in egyptum in multitudine gravi. in curribus et elefantis. et equitibus. et copiosa navium multitudine. Et constituit bellum adversus ptolomeum regem egypti. Et veritus est ptolomeus a facie eius et fugit